

Text

König Amalrich von Jerusalem unterrichtet den König Ludwig VII. von Frankreich über das Erdbeben vom 29. Juni (1170) in den nördlichen Kreuzfahrerstaaten und weist auf die dadurch bedingten Gefahren für Antiochia und Tripolis hin.
(1170 Juli/August).

Abschrift aus dem Ende des 12. Jh. als Anhang zu der Kreuzzugschronik des Guibert von Nogent: Vatikan, Biblioteca Apostolica, Reg. lat. 122, fol. 162^r–162^v (D). – Ungedruckt.

L(udovico) dei gratia christianissimo Francorum regi, domino et patri karissimo, A(malricus) per eandem gratiam Iherosolimorum rex salutem. Cotidianis, quibus Orientalis ecclesia usque ad sui defectum contunditur, inimicorum infestationibus, inusitata celitus iusto, sepe tamen occulto, dei iudicio (accessit) calamitas. In passione namque apostolorum Petri et Pauli subitus et hactenus inauditus terre motus totam Tripolim funditus delevit et omnem fere in ea^{a)} carnem suffocavit. Similiter Margat, Gabulum, Laodiciam^{b)} et omnia pene castella et civitates, que sunt a Tripoli usque Anthiochiam^{c)}, miro et ineffabili modo excussit, ut nec edificiorum vestigia appareant. In Anthiochia quoque, quod non sine gravi gemitu loquimur, edificiorum et domuum, que ferme omnes corruerunt, discidium tacentes^{d)}, tanta murorum ruina facta est, ut inreparabilis esse videatur et sit. Constat ergo quia Anthiochia (et) Tripolis cum provinciis sibi suffraganeis, nisi celitus ei(s)^{e)} subveniatur, ab inimicis crucis Christi occupabuntur: Tripolis, Archas, Gibellum, Laodicia, Margat^{f)} et Anthiochia. Sed deo disponente terra gentilium miserabilius tota dissipata est urbesque (et) munitiones non sine suorum occisione latius deiecte.

a) Danach ist iuventutem getilgt D; omnem ... carnem wird gestützt durch den biblischen Anklang Gen. 6,17 (u. ö.): ut interficiam omnem carnem.

b) davor ist Lod getilgt D. c) danach folgt ungetilgt ram et D.

d) tacentes] Nominativus absolutus. e) will man ei stehen lassen, so gerät man in Konflikt mit Anthiochia (et) Tripolis, aber eine gänzlich befriedigende Heilung des mindestens sehr ungelassenen, eher aber verderbten Satzes scheint nicht möglich. f) Margant D.